



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XII. De ecclesiis non per mercenarios, sed pastores, seu saltem vicarios
perpetuos regendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ecclesiasticos admittantur, nisi cum eis per sedem apostolicam fuerit dispensatum.

XI.

Iuramentū
ante insti-
tutionem
præstandū.

Episcopi vero & archidiaconi, qui talibus scienter curam animarum commiserint, ab institutione & collatione perpetuo sint suspensi. Statuimus etiam quod nullus clericus ad curam animarum ab episcopo vel archidiacono admittatur, nisi prius iurauerit quod nullam in adeptione beneficii, ad cuius curam præsentatur, commiserit simoniam.

XII.

Quia enormis quædam consuetudo in quibusdam Alemanix partibus contra canonicas sanctiones inualuit, ut ponantur in ecclesiis conductitiis sacerdotes vicarii temporales, ne id fiat de cetero, auctoritate legationis qua fungimur omnibus modis inhibemus. Sed cum vicarius poni debet & potest, perpetuo instituatur, idque assensu & auctoritate diocesani, & archidiaconi loci illius: nec episcopus vel archidiaconus talem instituat, nisi ei de bonis ecclesie coram eo tantum fuerit assignatum, unde iura episcopi & archidiaconi possit persolvere, & congruam & sufficientem sustentationem habere.

XIII.

De pœn.
dist. 1. cap.
Si quis. &
in auth. Si
quis, cap.
de episco-
pis & cleri-
cis.

Licet contra nefandos insidiatores sacrarum virginum pudicitie pœnæ grauissimæ sint institutæ tam canonicæ quam legales, quidam tamen, relaxatis voluptatum habenis, in lacum miserie & in lutum facis se immergunt, ut salutis æternæ coronam, honestatis normam, earumque pudici-